



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//  
Canonicvm, Libri Qvatvor**

**Lancellotti, Giovanni Paolo**

**Basileae, 1566**

ij. De vita & honestate clericorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

Hoc etiam valde providen-  
dū est, ne cui monacho de mo-  
nasterio in monasterium teme-  
rē migrare permittatur, nec pe-  
culiare quicquam habere, sed  
monasterium suum deserēs, ad  
illud competēti coërtione re-  
dire compellendus est<sup>a</sup>. Ad ar-  
ctiorem tamen regulam migra-  
tio concedetur, dū venia à Præ-  
lato sit petita, quamvis non im-  
petrata<sup>b</sup>. Et religiosi Mendicantibus Martinus IIII. inter-  
dixit sub excommunicationis  
pœna, ne quovis quæsito colo-  
re ad aliquam non Mendican-  
tium regulam se transferāt<sup>c</sup>: &  
Clemens V. constituit quoslibet Mendicantes, qui ad nō Mē-  
dicantium ordines etiam autho-  
ritate Apostolica transferint, à  
Prioratibus, administrationi-  
bus, officijs, vicariatibus, & a-  
lijs, quoquo nomine vocentur,  
repelli debere<sup>d</sup>. Atque, vt om-  
nibus religiosi paupertatis  
onus ferendum sit, his tamē ma-  
gis obseruandum præcipitur, q̄  
fratres Minores appellātur, be-  
ati Francisci regulæ addicti, vt  
eiusdem Clementis constitui-  
one continetur<sup>e</sup>.

Non omittendum est, nemi-  
ni licere nouam religionem in-  
stituere, sed quicumque ad reli-  
gionem sese convertere voluē-  
rint, vnam ex olim institutis, &  
ab Ecclesia receptis optent: &  
consequenter, qui voluerint re-  
ligiosam domū fundare, ex ve-

teribus religionibus accipere  
deben<sup>f</sup>. Probatae autē religi-  
ones sunt principaliter, Basilij,  
Benedicti, Augustini, Francisci:  
à quibus, tanquam fontibus, ce-  
teræ omnes manant<sup>g</sup>.

Et hastenus satis de regulari  
bus dictum videretur.

## DE VITA, ET HONE- state clericorum,

### TITVLVS II.

**C**ongruit, vt clerici omnes,  
quemadmodum in sortem  
Domini sunt vocati, & à  
populo officijs & ordinibus di-  
uisi sunt, sic etiam summa ope-  
nitantur, & studeant vitæ inte-  
gritate ac sanctitate cæteris se-  
le præstare, vel alijs documen-  
to sint, & disciplinæ: & lucernā  
suam ardētē palam manibus  
præferentes, olei nunquam co-  
piam non habeant, ne eorum si-  
miles sint, qui lucernæ, vt arde-  
at, tantum lychnum emungūt,  
& manu contrectant, olei autē  
nihil instillant: quapropter cer-  
ta sacris Canonibus præcepta  
eorum vitæ instituendæ, & mo-  
ribus castè informandis tradi-  
ta sunt.

Nam interdum his consulūt,  
quid eos maximè deceat, quid-  
ve eorum gradu indignum sit,  
quid quemque clericum sequi,  
aut quid fugere oporteat: inter-  
dum etiam seuerè imperant, &  
bonæ apud homines famæ in-

Gg

*c. se. extrat.  
de religio.  
domi.*

*g Summa An-  
geli. uer. re-  
ligiosus. co.  
2. ubi apost.  
Bocr.  
tr. de vita et  
stat. heret.  
præsertim  
in prin.*

*a c. Iohānes.*

*b c. licet.*

*c c. 1. extrat.  
comm.*

*d c. 1.*

*e c. exiui de  
paradyso.  
de uer. signi-  
fi.*

tertrimentum, salutisque æternæ iacturam minantur, & demum, quia præsentia sæpe magis metui solent, quam futura, & quæ terrestria bona auferunt, quæ cælestium futurum dispendium portendunt, modò officia, modò beneficia adimunt, suspendunt, interdiciunt, & Christianorù confociatione priuāt.

Curare igitur debent hi, vt grauitatem in actibus, sermonibus, vestibus, & omnibus moribus, & omni denique vita præ se ferant. Hinc Innocentius III. sanxit, ne clerici officia & commercia secularia exerceant, præsertim inhonestas: mimis, ioculatoribus, & histrionibus operam ne impendant: & vt tabernas fugiant, nisi fortè necessitate adducti, putà dum peregrè proficiscuntur: aleis, & taxillis ne ludant, nec ludentibus intersint, coronamque & tonsuram in capite vt ferant, seque in officijs Ecclesiasticis tantum, alijsque honestis & vtilibus studijs exerceant: quod sanctius etiam postea firmatū est per Leonem X. piæ memoriæ, in Concilio Lateranensi. Vestibus autem vtantur, neque effusa prolixitate nimium luxuriantibus, neque angusta supra modū breuitate sordescantibus: omnium denique vestium, & ornamentorum, quæ clericorù vsui sint, formam quàm exactissimè Innocentius idem præfinit.

*a. c. clerici. extra. de vita & honest. cler.*

A Clemens etiam quintus pœnam sanxit aduersus clericos, qui decori sui metas non seruantes vestibus nimium mollibus vsi fuerint: nam beneficia habentibus fructus beneficiorum semestres adimit, beneficijs autem carentes clericos, sacris tamen ordinibus inauguratos, omnibus, excepto presbyteratu: sex item menses ad beneficia Ecclesiastica aspirare verat: quod ad alios deinde neque beneficia, neque ordines sacros consecutos clericos extendit, qui prohibitas vestes, & tonsuram simul gestauerint. At qui dignitatem habent, vel personatum, vel beneficium, cui animarum cura incumbat, si citra iustā causam interdictis vestibus vsi fuerint, anni vnus fructuum iacturam suorum beneficiorum damnantur<sup>b</sup>. Item prohibentur clerici causa lucri negotiari, & monachi suo nomine conductas possessiones tenere<sup>c</sup>. Itē clericis ad sacros ordines promotis tabellionatus officium per beneficiorum subtractionē interdicitur<sup>d</sup>: & generaliter quævis officia, vel negotia, etsi aliqui turpitudine vacantia exercentes, si tamen clericis interdicta sint, à pœna immunes non abeunt: nam si tertio moniti à negotijs eiusmodi secularibus se non amouerint, priuilegijs omnibus priuatur, quæ clericorum bonis à iure concessa sunt.

*b. de. fi. co. li.*

*c. secundum instituta. no. cleric. uel mona.*

*d. c. sicut.*

sunt: & quandoq; etiam seuerius puniuntur, si eorum contumacia, & mores hoc mereri videantur<sup>b</sup>.

Quinimò & Alexander III. edixit, vt nulli religioso post votum religionis susceptum, & post factam professionē ad Physicam, vel leges seculares legendas exire liceat, pœna etiam violatoribus addita: quam Alexandri Constitutionem Honorius III. postea sic declarauit, vt eius trāsgressor ipso iure ex Canone latæ sententiæ excommunicationi censeatur obnoxius, eamq; extendit, vt Archidiaconos, Decanos, Plebanos, Prępositos, Cantores, & alios clericos personatus habentes, & presbyteros complectatur<sup>d</sup>. Sed rursus Honorij legem Bonifacius VIII. sic interpretatus est, vt eos non includat, qui Ecclesias parochas obtinēt, quamdiu ad ordinem Sacerdotalem non sunt promoti, nisi sub se habeant saccella, in quibus instituantur clerici perpetui, nequeūtes ab eis citra causam legitimam remoueri<sup>e</sup>: aliaq; in hanc rem vtilissima eadem constitutione idem Bonifacius cōprehendit. Nouissimè quoq; ex Concilio Lateranensi sub Leone X. statutū est, ne quis in sacris ordinibus constitutus, in gymnasijs generalibus, vel alijs publicè audiendæ Philosophiæ, aut Poësis studijs vltra quinquenniū post

A Grammaticam, aut Dialecticā, sine aliquo studio Theologiæ, aut iuris Pōtificij incumbat: verum exacto quinquennio, si illis studijs insudare voluerit, liberum sit ei, dum tamen simul, aut seorsum Theologiæ, aut sacris Canonibus operam nauet.

Et hæc quidē ab illis Patribus statuta sunt, ne clerici humanarum literarum illecebris capti, Theologiæ studia omittant, cui eos omni cura vacare conuenit, cū infectas Philosophiæ & Poësis radices & aliunde ortas pestes per hanc sanare, & purgare debeant<sup>f</sup>. Prohibētur quoq; clerici sacri procuratores, aut ministri in iudicio seculari laicorū esse<sup>g</sup>: quemadmodum etiam prohibentur procuratores oppidorū, aut rurium, aut quaslibet seculares Iurisdictiones hominum seculariū vice & nomine suscipere, & exercere, nisi ab Ecclesiastico ministerio velint esse alieni: & religiosi clerici seuerius etiam puniri velint<sup>h</sup>. Cuiusvis autē ordinis clericus, quīvis nondū sacer effectus, sanguinis iudiciū ad mortē, aut mēbri mutilationē inferēdam exercēs, honore priuatur & loco<sup>i</sup>. Et nō modò sanguinis sententiā dictare, aut pferre, aut sanguinis vindictā exercere nō debet: sed neq; vbi exerceatur, interesse, nec literas dictare, aut scribere in sanguineā vltionem mittēdas, nec viris sanguinum

Gg 2

e finali.

b clem. 1.

e. nō magno  
pere.d e. si. ne cler.  
uel mona.e e. 1. ne cler.  
uel monac.  
in 6.f e. si. ne cler.  
uel mona.g e. 2. ne cler.  
uel mona.h e. sed nec  
ex. ne cler.  
uel mona.i e. clericus in  
sacris. ubi  
Ab. co. tit.

vllis tanquam eorum dux præfici potest. Itē presbyter, Diaconus, Subdiaconus, à Chirurgicæ artis exercitio repellitur, qua advstio, vel incisio aliqua irroganda sit, alijsque artibus, quibus similia officia inesse necessarium sit<sup>a</sup>. Clerici quoque arma portantes, & vsurarij excommunicantur<sup>b</sup>. Et clericus percussor, qui se non corrigit, deponendus est. Episcopus autem, cuius mandato mulier ob delictū seuerè nimium flagris, seu fustibus cesa fuerat, duobus mēlibus à missarum administratione Gregorij Pōtīficis Romani decreto suspensus est<sup>c</sup>. Venationes item, & aucupia à clericis omnib. aliena esse debēt<sup>d</sup>.  
Iam ex suprā dictis nemo nō iudicare potest, quàm deforme existimeretur in clerico incontinentiæ & fornicationis vitium, cum suprā dicta, quorum multa minora sunt, tam acerbā vindictam expectent: quare clericus fornicator potest ab officio suspendi, siue iam monitus se non correxerit, siue etiam nulla monitio præcesserit, si ita iudici sedeat, qui & delicti pondus, & locorum consuetudinē perpendet, atque ex eis iudicabit, an à monitione, vel suspensione, aut potius priuatione perpetua incipi præstet<sup>e</sup>: qui clericus, si contempta suspensione diuina celebrare ausus fuerit, et in vetere flagitio perseuerare,

A non beneficijs Ecclesiasticis tantum exvetur, sed etiam perpetuò deponetur. Quæ poena etiam prælatos manet, qui huiusmodi subditorū vitia æquo animo tulerint, nec in eos animadverterint<sup>f</sup>. Et clericus concubinam palam habens, ipso iure ab officio est suspensus, nec partē ab Ecclesia suscipere potest<sup>g</sup>. Seuerius etiam puniuntur clerici, quibus matrimoniū contrahere ex regionis fortē vsu permissum est, si in hæc flagitia lapsi fuerint. Non tamen Prælatus clericum coget omnino, vt cōcubinam abiuret, quia periurij metuitur periculū, sed dimittere recusantem interdicit, suspendet, & demum etiam excommunicabit<sup>h</sup>: quæ poenæ si prisca comparentur, quæ tūc infligi solebant, cū Ecclesia adulesceret, quo tēpore longè maximus erat in fide ardor, leues, medijs si dius, iudicarentur: nam vel simplex fornicatio olim iusta causa clerico deponēdo existimabatur<sup>i</sup>. Atque vt hisce virijs via omnis, quoad fieri potest, claudatur, omnisque occasio rescetur, certis iuribus prouisum est, vt ea vitentur, ex quibus contra eos læua suspicio oriri posset. Hinc & prohibentur clerici mulieres domi habere, quæ incontinentiæ suspicionē præbere possent, quāvis matres eorum essent, aliòve consanguinitatis gradu, aut genere

<sup>a</sup> c. cū sententiam sanguinis. ne cler.

<sup>b</sup> c. 2.

<sup>c</sup> c. 1. & 2. de cler. percuss.

<sup>d</sup> de cler. uen.

<sup>e</sup> Ab c. at si clerici. nu. 36. uer. & ideo concludo. de iudic.

<sup>f</sup> c. ut clericus. ubi Ab. de uita & honest. cler. ca. sicut ad extirpandas. ca. clericos. de cohabit. cler. et mul. & c. si autē. co. tit. de cohabit. cler. c. super hoc. 32. dist.

<sup>g</sup> d. c. ut clericorum. cū alijs. suprā al. leg. in 6.

<sup>h</sup> c. presbyter. 81. dist. Ab. d. c. sicut ut ad extirpanda.

*a c. 1. de coha.  
cler. et mul.  
ubi Abb.*

*b c. 2. de coha.  
cler. et mul.*

*c. monaste-  
rium. de uir-  
ta et honest.*

nere coniunctæ<sup>a</sup>. Et quarum-  
cunque mulierum frequens, &  
assiduum colloquiū sacris cle-  
ricis interdicitur, monitisque,  
nec tamen abfistentibus, excō-  
municatio inuitur<sup>b</sup>. Et cleri-  
cus sine manifesta, & probabili  
causa ad Sanctimonialium cœ-  
nobium frequenter accedens, per  
Episcopum arceri debet, seque  
non corrigens Ecclesiastico be-  
neficio priuari<sup>c</sup>.

**QVI CLERICI MA-  
trimonium contrahere  
possunt, qui  
non,**

**TITVLVS III.**

**A** Deo in clericis castitas cō-  
mendatur, vt non solum se-  
cundum suprā dicta à libi-  
dine etiam in laicis damnata  
abstinere Pontificijs legibus iu-  
beantur, sed ipsi etiam matri-  
monio, alioqui sancto, & à Deo  
instituto aliqui eorum aspirare  
prohibeantur<sup>d</sup>: neque id tem-  
erè, cū castitas sit primum  
clerici fundamentū<sup>e</sup>, omniūq;  
sacerdotum ita excellens sit e-  
lectio, vt quæ in alijs membris  
Ecclesiæ vacare vitio credun-  
tur, in illis tamen habeantur il-  
licita.

*f d. c. 1. disti.  
32.*  
Quare Episcopus, presbyter,  
Diaconus, & Subdiaconus, et-  
si irregularitatem etiam con-  
traxerint, ad matrimonium ta-  
men accedere prohibentur<sup>f</sup>: at

**A** si matrimonium de facto con-  
traxerint, nulla habita irregula-  
ritatis ratione separabuntur<sup>g</sup>,  
& compelli poterunt per ordi-  
nariū suspensionis & excōmu-  
nicationis remedijs vxores re-  
pudiare, & nihilo minùs à maio-  
ribus ordinib. repellentur, & in-  
susceptis administrare phibe-  
būtur. Sanè si religionē ingredi  
voluerint, maiores quoq; ordi-  
nes retinere & assequi cōceden-  
tur<sup>h</sup>. Potest tamen Episcopus  
sacerdoti, qui post nuptias, vel  
contubernia veriùs contracta,  
eaq; dimissa diu se continuerit,  
& pœnitētia acta laudabile sui  
ipius specimen præbuerit, of-  
ficiū ademptum, & executio-

**B** nem restituere<sup>i</sup>: qui verò est in-  
tra minores ordines clericus,  
nuptiarum incapax est, verū  
beneficio, quod habet, spolia-  
tur: recipit tamen expensas,  
quas in rem illius Ecclesiæ irro-  
garat<sup>k</sup>: nec pdest clerico, quòd  
beneficiū ei sit collatum post  
nuptias ab eo contractas, vt il-  
lud retinere possit<sup>l</sup>. Item hi  
clerici vxorati amittunt priui-  
legium, quo rerum suarum im-  
munitate potiebantur<sup>m</sup>: saluū  
tamē eis remanet priuilegium,  
ne sub iudice Laico conveniri  
possint, nève citra excommuni-  
cationis pœnā manus iniurio-  
sas quis in eos inferat, dum cle-  
ricorum in habitu incedāt, ve-  
stibus clericalibus videntes, &  
tonsuram gestantes, dumque

*g c. p. qui cler.  
uel nouen.*

*h c. ex tuarū.  
cod. tit.*

*i c. sanè.*

*k c. quod à te.  
de cler. cōm.*

*l c. diuersis.*

*m c. p. de cler.  
coniug.*